D. FRANCISCI
SALGADO
DE SOMOSA,
LABYRINTHUS
CREDITORUM.

D. FRANCISCI SALGADO DE SOMOSA,

IN REGALI CANCELLARIA VALLISOLETANA SENATORIS.

LABYRINTHUS CREDITORUM CONCURRENTIUM

AD LITEM PER DEBITOREM
communem inter illos cauſatam,

TOMI DUO.

Editio noviſſima, Antverpienſi, Veneta, & Francofurtenſi multò auctior & emendatior.

CUI ACCESSERUNT

Deciſionum S. R. R. *CENTURIÆ DUÆ* ad materiam ejuſdem Tractatus collectæ:

Prior à Periluſtri & Excell. D. V. I. D. ANDREA CENSALIO, *Rotæ Peruſinæ & Provinciæ Umbriæ Auditore Generali: Poſterior verò à* D. NICOLAO ANTONIO, I. V. *Doctore & Profeſſore.*

LUGDUNI,
Sumptibus FRATRUM DE TOURNES.

M. DCC. LVII.

CUM PRIVILEGIO REGIS.

ILLUSTRISSIMO ET REVERENDISSIMO DOMINO,

DON FERDINANDO CAMANO, DE ANDRADE ET SOTOMAYOR,

PALENTIÆ PRIMUM ANTISTITI,

ARCHIEPISCOPO BURGENSI, EPISCOPO Saguntino, Beatiſſimo nunc Pontifici Compoſtellano, digniſſimo aliàs Regni Navarræ Pro-regi, & Duci generali, atque in Cantabricarum rerum Conſilio (Victoriæ tunc erat) graviſſimo Præſidi integerrimo; Toparcharum de Villa-Garcia ſpectabilium, domuúmque de Viſta-Alegre, de Barrantes, & de Rubianes clariſſimo Dynaſtarum filio, fratri, Patrono.

LEGALIS pelagi horrendas ſyrtes (ILLUSTRISSIME PRINCEPS) biforme monſtrum, oblatrantémque charybdim, obſtruſiſſima quæque arcana diſſoluta, crebras inter miniſterii bellicationes ſtrenuo parta labore, publicæ jam expoſita luci, propria properat affectio haud ullo circumlita fuco glorioſæ tantæ nuncupationis imagine conveſtire: non ut meam in te obſervantiam deſignem, néve ut honorificentiſſimum tutelare obreſter ſtudium: abundè nota ea eſt, ne tu creperas pluſquam ſatis liberale hoc, neque ego in ſpe gratabunda deſes; ſed in Procerum, legitimorum ſtructuræ, illiuſce patrocinio creditorum, concurſu tibi primas jure optimo deferre noſtro ne animo excidiſſe reare. Impatienti ſanè amoris ardore poſſidebar jucundum aliquid peroſſiciosè devinctionis ſpecimen.

Hoc lege quod poſſis dicere jure meum eſt. *Mart. lib. 10. ep. 4.*

Tenuis cæterùm antipelargeſis eucaria gratitudinis oſtendendæ votum accepta decrevit beneficia trabali clavo figere (faves enim mihi ac meis largè, cumulis beneficentiarum maximis) operoſum recognitionis monumentum tuo nomini tot nominibus debitum conſecrare, præclaro probitatum ſacello, perfectiſſimo viro heroi undique mirum in modum ſublimi, liberalitate, morum comitate, ſermonis lenitate, fide, integritate, pietate, juſtitiâ, religione, prudentiâ, animi tandem & corporis virtutibus ornatiſſimo;

LABYRINTHUS CREDITORUM CONCURRENTIUM AD LITEM

Per Debitorem Communem inter illos cauſatam.

PARS PRIMA.

CAPUT PRIMUM.

Judicium in concurſu creditorum per debitorem communem cauſatum, ut legitimum dicatur, quibus requiſitis & quomodo formandum.

Et quando fictum, & ſimulatum (ne proſit) dignoſcatur.

Et quot à ſimplici ceſſione bonorum diſtet.

SUMMARIUM.

Num. 1. *Operis inductio.*

2 *Concurſus creditorum judicium commiſerabili ſimplicis ceſſionis bonorum remedio, in nonnullis convenit.*

3 *Concurſus creditorum in quatuor genera dividitur, primum quando creditores concurrunt ad effectum concedendi moratoriam communi debitori.*

4 *Secundum, quando creditores inter ſe conveniunt, ad dimittendum aliquam partem crediti.*

5 *Tertium, quando debitores ab uno conveniuntur, at cæteri creditores ſe opponunt, & inter ſe de antelatione & privilegio contendunt.*

6 *Quartum, (de quo verſatur ſermo) quando debitor ipſe ad concurſum vocat ſuos creditores, ut bonis ab ipſo ceſſis, dimiſſis, unuſquiſque juxta prælationem & gradus prærogativam, creditum accipiat.*

Ut judicium concurſus inter debitorem communem, & creditores legitimè formetur, ſex requiruntur. De primo. De ſecundo, ex n. 13. *De tertio, ex n.* 21. *De quarto, ex nn.* 22. *de quinto, ex n.* 27. *De ſexto, ex nn.* 41. *verſ. aliud.*

7 & 8. *Debitor communis debet coram ſuo judice comparere dicens à ſuis creditoribus moleſtari, quod ut evitet, cedit omnibus bonis contentis in liſta, ſeu memoriali, ab ipſo ſubſcripto & jurato, & ex illis creditoribus ſatisfiat, juxta gradûs prærogativam.*

9 *Omnia requiſita in formando concurſu, tendunt ad finem, ne creditores defraudentur, ut in ſimplici ceſſione bonorum.*

10 *Ad ſimplicem ceſſionem bonorum debitor non admittitur, niſi prius in carcerem ſe conſtituat: præcipuè quando aliquis inſtat creditor.*

11 *Contra in noſtro genere concurſus, quem extra carcerem format debitor.*

12 *Exceptione aliqua tutus, futuras moleſtias, poteſt illam in judicio debitor deducere, ut ſilentium Judex creditori imponat.*

13 *Competens Judex in hoc novo concurſu eſt ille, cui debitor ſubeſt.*

Ceſſio nullius momenti eſt, ſi cedens etiam unam donationem reſervavit. ibid.

14 & 22. *Libellus, ſeu memoriale juratum & ſubſcriptum, omnium bonorum fidelem deſcriptionem continens, debitor tenetur ſimul dimiſſione & ceſſione offerre, ut ad concurſus beneficium admittatur.*

15 *Deponere debet Judex omnia bona à debitore, & dimiſſa, apud fidelem adminiſtratorem, vel ſequeſtrum.*

15 & 16. *Depoſitum, debet eſſe integrum, aliàs nullum declaratur.*

17 *Simulatus concurſus præſumitur, ſi debitor, poſtquam dimiſit bona citatis creditoribus adhuc ea penès ſe retinet.*

18 & 19. *Simulationis indicium eſt, ſi rem donans, aut cedens, adhuc in ſua poſſeſſione eam retinet, maximè ubi concurrit cauſa ad ſimulationem præſumendam.*

20 *Depoſitum, ut legitimum ſit, & effectus operetur, debet cum effectu fieri, & oblatio ſola non ſufficit.*

D. FRANCISCI SALGADO DE SOMOSA,

IN REGALI CANCELLARIA VALLISOLETANA SENATORIS,

LABYRINTHUS

CREDITORUM CONCURRENTIUM AD LITEM PER DEBITOREM

communem inter illos cauſatam.

TOMUS SECUNDUS.

Editio noviſſima, Antverpienſi, Veneta, & Francofurtenſi multò auctior & emendatior.

LUGDUNI,

Sumptibus FRATRUM DE TOURNES.

M. DCC. LVII.

CUM PRIVILEGIO REGIS.